

(alle Übersetzungen von Kerstin Wastl)

Cic. Att. 2,23,1 Numquam ante arbitror

te epistulam meam legisse nisi mea manu scriptam;

ex eo colligere poteris quanta occupatione distinear.

Nam cum vacui temporis nihil haberem

et cum recreandae voculae causa necesse esset mihi ambulare, haec dictavi ambulans.

Ich glaube, du hast niemals zuvor einen Brief von mir gelesen, den ich nicht eigenhändig geschrieben habe. Daraus kannst du schließen, wie sehr ich im Stress bin. Denn weil ich keine freie Minute habe und spazieren gehen muss, um meiner schwachen Stimme eine Erholungspause zu gönnen, diktiere ich diese Zeilen während eines Spaziergangs.

Att. 5,17,1 [...] hanc epistulam dictavi sedens in raeda,

cum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui.

Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem litteras; itaque eo me servavi.

Diesen Brief diktiere ich, während ich in einem Reisewagen auf dem Weg ins Lager sitze, zu dem ich noch zwei Tage brauchen werde. In wenigen Tagen treffe ich zuverlässige Männer, denen ich den Brief mitgeben kann; deshalb warte ich bis dahin ab.

Att. 2,9,1 Subito cum mihi dixisset Caecilius quaestor puerum se Romam mittere,

haec scripsi raptim [...].

Sofort als mir der Quästor Caecilius gesagt hat, dass er einen seiner Sklaven nach Rom schicke, habe ich in aller Eile diese Zeilen geschrieben...

Att. 1,13,1 [...]. Quibus epistulis sum equidem abs te lacessitus ad rescribendum,

sed idcirco sum tardior, quod non invenio fidelem tabellarium;

quotus enim quisque est qui epistulam paulo graviorem ferre possit,

nisi eam perlectione relevarit!

(...) Durch diese Briefe hast du mich natürlich zu einer Antwort animiert; jedoch bin ich deshalb ziemlich spät dran, weil ich keinen vertrauenswürdigen Briefboten finde. Wie Wenige nur gibt es nämlich, die es schaffen, einen Brief, der einen etwas gewichtigeren Inhalt hat, mitzunehmen, ohne ihn durchzulesen und dadurch zu „erleichtern“!

Att. 1,18,2 Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo

neque ego huic epistulae atque ignoto tabellario committam.

Und all die quälenden Sorgen und Probleme, die mein Privatleben betreffen, will ich dir vorenthalten und sie nicht diesem Brief und einem unbekanntem Briefboten anvertrauen.

Q. fr. 2,11,4f. [...] scripsit [...] fasciculum illum epistularum
in quo fuerat mea et Balbi totum sibi aqua madidum redditum esse, (...)

Er schrieb, er habe ein völlig durchnässtes Bündel mit Briefen erhalten, darunter einer von mir und einer von Balbus (...).

Att. 7,9 „Cotidiene“ inquis „a te accipiendae litterae sunt?“ - si habebo, cui dem, cotidie.

- „at iam ipse ades.“ - tum igitur, cum venero, desinam.“

“Werde ich jetzt wirklich“, sagst du, “täglich einen Brief von dir erhalten?“

- Wenn ich jemanden habe, dem ich sie geben kann, dann täglich.

- „Aber du bist doch dann schon persönlich da.“

- Ja, dann, wenn ich angekommen bin, werde ich damit aufhören.

Att. 8,2,4 (Formiae, Feb. 49)

Ego XIII Kal., cum eadem lucerna hanc epistulam scripsissem, qua inflammaram tuam,

Formiis ad Pompeium, si de pace ageretur, profecturus;

Ich werde heute, am 17. Februar, wenn ich diesen Brief unter dem Schein derselben Lampe geschrieben habe, in der ich deinen Brief verbrannte, von Formiae aus zu Pompeius aufbrechen....;

Att. 1,17,1 magna mihi varietas voluntatis et dissimilitudo opinionis ac iudici Quinti fratris mei
demonstrata est ex litteris tuis in quibus ad me epistularum illius exempla misisti.

Wie wankelmütig mein Bruder Quintus ist und wie schnell sich seine Meinung und sein Urteil ändern, haben mir deine Briefe gezeigt, mit denen du mir Abschriften seiner Briefe geschickt hast.

Att. 2,11,1 [...] Dies enim nullus erat, Anti cum essem, quo die non melius scirem

Romae quid ageretur quam ii, qui erant Romae;

etenim litterae tuae non solum, quid Romae, sed etiam, quid in re publica,

neque solum, quid fieret, verum etiam quid futurum esset indicabant.

Als ich in Antium war, gab es keinen Tag, an dem ich nicht besser gewusst hätte, was in Rom vor sich ging, als die Leute, die sich in Rom aufhielten; deine Briefe nämlich klärten mich nicht nur darüber auf, was in Rom passierte, sondern auch darüber, was sich in der Politik tat; und zwar nicht nur über aktuelle Vorgänge, sondern auch über künftige.

(Q. fr. 1,1,45) quia, cum tua lego, te audire, et quia, cum ad te scribo, tecum loqui videor, ...

Weil ich nämlich immer dann, wenn ich etwas von dir lese, glaube, dich zu hören, und immer, wenn ich an dich schreibe, glaube, mit dir zu sprechen...

Att. 7,15,1 Ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem,
quin aliquid ad te litterarum darem, non quo haberem magno opere quod scriberem
sed ut loquerer tecum absens; quo mihi, cum coram id non licet, nihil est iucundius.

Seit ich Rom verlassen habe, ist kein Tag vergangen, an dem ich dir nicht etwas Schriftliches hätte zukommen lassen; nicht, dass ich dringend etwas zu schreiben gehabt hätte, aber ich wollte mich trotz meiner Abwesenheit mit dir unterhalten; es gibt nämlich, wenn eine persönliche Unterhaltung schon nicht möglich ist, nichts, was ich lieber mag.

Att 1,18,1 (Januar 60) Nihil mihi nunc scito tam deesse quam hominem eum,
 quocum omnia, quae me cura aliqua adficiunt, una communicem,
 qui me amet, qui sapiat,
 quicum ego cum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam.
 [...] tu autem, qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo,
 qui mihi et in publica re socius et in privatis omnibus conscius
 et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps esse soles, ubinam es?
 ita sum ab omnibus destitutus, ut tantum requietis habeam,
 quantum cum uxore et filiola et mellito Cicerone consumitur.
 nam illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae
 sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.
 itaque cum bene completa domus est tempore matutino,
 cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus,
 reperire ex magna turba neminem possumus,
 quocum aut iocari libere aut suspirare familiariter possimus.
 qua re te exspectamus, te desideramus, te iam etiam arcessimus.
 multa sunt enim, quae me sollicitant anguntque;
 quae mihi videor aures nactus tuas unius ambulationis sermone exhaurire posse.

Du musst wissen, dass mir im Moment nichts so fehlt wie ein Mensch, mit dem ich alles, was mir irgendwie Kopfzerbrechen bereitet, gemeinsam besprechen kann; der mich liebt, der klug ist und bei dem ich, wenn ich mich mit ihm unterhalte, nichts erfinden, nichts verschleiern, nichts verheimlichen muss.

Du hast mir so oft durch Gespräche und Ratschläge meine Sorgen und meine Angst genommen; du bist mir in der Politik immer ein treuer Weggefährte, aber auch stets ein Freund, der all meine persönlichen Geheimnisse kennt, der an all meinen Gesprächen teilnimmt und mich immer berät; wo bist du denn nur?

Ich bin so mutterseelenallein, dass ich mich nur dann beruhige, wenn ich Zeit mit meiner Frau, mit meiner kleinen Tochter und dem süßen kleinen Cicero verbringe. Denn meine geheuchelten Zweckfreundschaften, die ich nur aus Ehrgeiz geschlossen habe, glänzen zwar nach außen hin, aber ich ziehe daraus keinen persönlichen Gewinn.

Und so kann ich, auch wenn am frühen Morgen mein Haus überfüllt ist und ich umringt von ganzen Scharen an „Freunden“ zum Forum hinabsteige, innerhalb dieser Menschenmasse niemanden finden, mit dem ich ungehindert scherzen oder unter vier Augen jammern könnte. Deshalb erwarte ich DICH, deshalb sehne ich mich nach DIR, deshalb rufe ich DICH sogar schon herbei!

Es gibt nämlich vieles, das mich beunruhigt und quält! Sorgen, die ich, sobald ich dich als Zuhörer da habe, bei einem einzigen Spaziergang durch ein Gespräch mit dir verjagen könnte, glaube ich.

Formiae, 21. Febr. 49 (Att. 8,7,2)

[...] ego vero quem fugiam habeo, quem sequar non habeo.
quod enim tu meum laudas et memorandum dicis,
malle quod dixerim me cum Pompeio vinci quam cum istis vincere,
ego vero malo, sed cum illo Pompeio, qui tum erat aut qui mihi esse videbatur;
cum hoc vero, qui ante fugit quam scit aut quem fugiat aut quo,
qui nostra tradidit, qui patriam relinquit, si malui, contigit;
victus sum. [...]

Ich aber habe zwar jemanden, vor dem ich fliehen muss, niemanden jedoch, dem ich folgen könnte. Was dein Lob für meine Aussage betrifft, an die ich mich deiner Meinung nach erinnern soll, nämlich dass es mir lieber sei, zusammen mit Pompeius zu verlieren, als mit Caesar und seinen Leuten zu siegen: Natürlich ist mir das lieber. Aber lieber verlieren wollte ich nur mit *dem* Pompeius wie er früher war, oder wie er mir zumindest vorgekommen ist. Mit diesem Pompeius heute, der schon flieht, bevor er überhaupt weiß, vor wem oder wohin, der unsere Ziele verraten und sein Vaterland im Stich gelassen hat – wenn ich mit diesem Pompeius gerne habe verlieren wollen, dann habe ich das erreicht. Ich habe verloren.

Cumae, Mitte April 49 (Att. 10,4,1)

[...] quorum societatis et sceleratae consensionis fides quo eruperit vides.

(§2) alter ardet furore et scelere nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit;

modo Italia expulit, nunc alia ex parte persequi, ex alia provincia exspoliare conatur

nec iam recusat, sed quodam modo postulat,

ut, quem ad modum est, sic etiam appelletur tyrannus.

alter, is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevabat quidem,

qui se nihil contra huius voluntatem facere posse, elapsus e soceri manibus ac ferro

bellum terra et mari comparat [...].

(§4) horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis

sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur;

quis enim potest aut deserta per se patria aut oppressa beatus esse?

et si, ut nos a te admonemur, recte in illis libris diximus

nihil esse bonum nisi quod honestum, nihil malum nisi quod turpe sit,

certe uterque istorum est miserrimus, quorum utrique semper patriae salus et dignitas

posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit.

(§5) praeclara igitur conscientia sustentor, cum cogito me de re p. aut meruisse optime,

cum potuerim, aut certe numquam nisi pie cogitasse [...].

Du siehst, wie ihre gegenseitige Verpflichtung zu Loyalität und skupellosem Zusammenhalt ausgeartet ist!

(§2) Der eine tobt vor verbrecherischem Wahnsinn und beruhigt sich nicht mehr, sondern wird von Tag zu Tag schlimmer. Gerade hat er Pompeius aus Italien verjagt, jetzt versucht er, ihn einerseits zu verfolgen und ihm andererseits seine Provinz zu rauben. Und er protestiert schon nicht einmal mehr, sondern verlangt in gewisser Weise, als das bezeichnet zu werden, was er nun einmal ist: ein Tyrann. Der andere, Pompeius, der mich nicht einmal bat, aufzustehen, als ich bittend zu seinen Füßen lag, und der behauptet hat, er könne nichts gegen Caesars Willen tun, ist dem Schwert in den Händen seines Schwiegervaters entkommen und bereitet nun einen Krieg zu Wasser und zu Land vor.

(§4) Ich schätze die Leistungen dieser beiden obersten Machthaber nicht höher ein als meine eigenen und nicht einmal ihr Schicksal, das ihnen größten Erfolg beschert hat, während mich ein ziemlich hartes Los getroffen hat. Wer kann denn glücklich sein, wenn er sein Vaterland im Stich gelassen oder dessen Besetzung zu verantworten hat? Und wenn ich in meinen Büchern, an die du mich erinnerst, damit Recht hatte, dass nur das gut ist, was

auch ehrbar ist, und nur das schlecht, was unehrenhaft ist, dann sind sie alle beide elende Geschöpfe.

Denn beide haben das Wohl und das Ansehen ihrer Heimat immer ihrer Machtstellung und ihren persönlichen Interessen untergeordnet.

(§5) Es ist also mein vollkommen reines Gewissen, das mich am Leben hält, immer wenn ich daran denke, dass ich dem Staat großartige Dienste erwiesen habe, sofern die Möglichkeit dazu bestand, und ganz bestimmt immer nur redliche Ziele verfolgt habe.